Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gens contra gentem et regnum super regnum. et
erunt tremotus per loca et fames. Inicia do
lorum hec. Videte autem vosmet ipsos. Tradent
enim vos in conciliis et in synagogis vapu
labitis. et ante reges et presides stabitis propter
me in testimonium illis. Et in omnes gentes
primum oportet predicari euglm. Et cum dux
erint vos tradentes. nolite precogitare quid lo
quamini. sed quod datum vobis fuerit in illa hora id
loquimini. Non enim vos estis loquentes. sed spiritus
sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium.
et consurgent filii in parentes et morte affi
cient eos. Et eritis odio omnibus. propter nomen
meum. Qui autem sustinuerit in finem hic
saluus erit. S. Marcum.

Sedente Ihesu in monte oliue
ti. accesserunt ad eum discipuli secreto
dicentes. Dic nobis. Quando hec erunt. Et quod
signum aduentus tui et consummationis seculi.